



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 49. Propositio a Senatu damnata, ac satisfactio Sorbonnæ Doctoribus  
injuncta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

**Sæcul. XVI. A.C. 1561.** *Ecclesie Monarcha potestati suæ Sacræ, & profanæ subjectos habet omnes Principes Christianos, suisque præceptis rebelles regno, ditionibus, & dignitatibus exuere potest.*  
 Hæc propositio magnum excitabat tumultum, moxque Hospitalius Cancellarius rem edoctus (\*) dato diplomate Christophorum Thuanum Præsidem, Carolum Dormanium, & Bartholomæum Fajum Curiae Consiliarios deputabat, qui facti veritatem inquirerent, remque ad Senatum referrent.

## §. XLIX.

*Propositio a Senatu damnata, ac satisfactio Sorbonnæ Doctoribus injuncta.*

*Preuves de libertez de l'Église Gallic. p. 59. & suiv. Argentre tom. 2. p. 301. & seq.*

**H**is munere suo functis Senatus decrevit, ut Joannes Tanquerellus multa honoraria puniretur, atque in Sorbonnæ Schola congregatis omnibus Doctoribus, ac Theologiæ Candidatis, præsentem etiam uno Præside, ac nonnullis Consiliariis a Senatu, & Advocato Regio ad id delegatis palam declararet, quod ipsum pœniteret propositionis a se propositæ, eamque falsam esse

(\*) Qualis, quantusve fuerit Vir ille, apparuit ex prioribus illius orationibus habitis, necnon ex novæ sectæ studio.

esse fassus sui delicti veniam perdemisse a Rege peteret: cum vero Tanquerellus mature sibi fuga consulisset, ejus nomine Petrus Gustus Facultatis Biddellus nudo capite stans eandem declarationem fecit die duodecima Decembris præsentibus Thuano Præsidente, Dormanio, & Fajo Consiliariis, & Burdino Advocato Regio, necnon coram quinquaginta tam Doctoribus, quam Theologiæ Candidatis. Hac retractatione facta Facultatis Doctores de fide, & obsequio erga Regem exacte præfati, ejus, necnon Curiæ mandatis satisfacere se paratos exhibebant, polliciti, quod Tanquerellum ad palinodiam cogere vellent, quamprimum compariturus esset. Demum a Senatu inhibitum, ne in posterum ejusmodi quæstiones agitentur: Facultati vero injunctum, ut duo e suo Ordine deputati Regem adirent, atque obsecrarent, ut ipsis offensionis, in quam ob id incurrere poterint, veniam concederet, eosque tanquam humillimos, atque obsequiosissimos subditos habere dignaretur. (\*)

Q 2

§. L.

(\*) Observes velim, quod ejusmodi facta quidam Auctor inter probationes, seu argumenta libertatum Ecclesiæ Gallicanæ recenseat.

Sæc. XVI.  
A.C. 1561.